Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



qui auffert spiritum principum ter
ribili apud omnes reges terre. In
fine p yditum ps asaph

Voce mea ad dominum clamaui
voce mea ad deum et intendit
michi. In die tribulacionis
mee deum exquisiui manibus meis
nocte contra eum et non sum deceptus
Renuit consolari animam meam
memor fui dei mei et delectatus sum
et defecit spiritus meus Anticipa
uerunt vigilias oculi mei turbatus
sum et non sum locutus. Cogitaui
dies antiquos et annos eternos in mente
habui. Et meditatus sum noc
te cum corde meo et exercitabar et spo
pebam spiritum meum. Numquid
in eternum proiciet misereri deus
aut non apponat deus ut complaci
tior sit adhuc. Aut in finem mi
sericordiam suam abscidet a generacione
in generacione. Aut obliuiscetur
misereri deus aut continebit
iura sua in iras suas Et dixi nunc
cepi hec mutacio dextere excelsi.
Memor fui operum domini quia me
mor ero ab inicio mirabilium tuorum
Et meditabor in omnibus operibus
tuis et in adinuencionibus tuis exer
cebor. Deus in sancto via tua quis
deus magnus sicut deus noster tu
es deus qui facis mirabilia. No
tam fecisti in populis virtutem tuam
redemisti in brachio tuo populum tuum
filios iacob et ioseph. Viderunt te
aque deus. viderunt te aque et timu
erunt et turbate sunt abyssi. Mul
titudo sonitus aquarum vocem de
derunt nubes. Et enim sagitte
tue transierunt. vox tonitrui tui in
rota. Illuxerunt choruscaciones
tue orbi terre commota est et contremuit
terra. In mari via tua et semite tue
in aquis multis et vestigia tua non
cognoscentur. Deduxisti sicut o
ues populum tuum in manu moysi et
aaron. Intellectus asaph.

Attendite populo meus legem
meam inclinate aurem ve
stram in verba oris mei. A
periam in parabolis os meum loquar
proposiciones ab inicio. Quanta audi
uimus et cognouimus ea et patres
nostri narrauerunt nobis. Non sunt
occultata filiis ~~nostris~~ eorum in ge
neracione altera. Narrantes la
udes domini et virtutes eius et mi
rabilia que fecit. Et suscitauit
testimonium in ioseph et legem po
suit in israel. Quanta mandauit
patribus nostris nota facere ea fi
liis suis ut cognoscat generacio altera
Filii qui nascentur et exsurgent
narrabunt filiis suis. Et ponant
in deo spem suam et non obliuiscantur
opera dei et mandata eius exquirant
Ne fiant sicut patres eorum ge
neracio praua et exasperans. Generacio
que non direxit cor suum et non est credi
tus cum deo spiritus eius. Filii
effrem intendentes et mittentes ar
cum conuersi sunt in die belli. Con
custodierunt testamentum dei et in
lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt beneficiorum eius et
mirabilium eius que ostendit eis
Coram patribus eorum fecit mi
rabilia in terra egypti in campo taneos

345